

author: Aristoteles, Aristoteles  
title: Aristoteles De anima Argyropylo interprete, ,  
shelfmark: Plut.84.13  
library: Biblioteca Medicea Laurenziana - Firenze - IT-FI0100  
identifier: IT:FI0100\_Plutei\_84.13

Le riproduzioni digitali accessibili dalla Biblioteca digitale italiana di [www.internetculturale.it](http://www.internetculturale.it) sono per la maggior parte di dominio pubblico, e provengono dalle attività di digitalizzazione realizzate dalle biblioteche che possiedono gli originali e la proprietà delle riproduzioni digitali, e sono istituzioni partner del portale.

La riutilizzazione non commerciale è libera e gratuita nel rispetto della normativa vigente.

Ai fini della riutilizzazione commerciale e/o per ottenere un documento ad alta definizione contattare il detentore dei diritti del bene digitale utilizzando nel Download del documento, il contatto di posta elettronica.

Gli utilizzatori finali dei beni digitali, sia che riproducano parzialmente o completamente le immagini, dovranno sempre e comunque citare la fonte [www.internetculturale.it](http://www.internetculturale.it)

.....

The digital reproductions accessible from the Italian Digital Library [www.internetculturale.it](http://www.internetculturale.it) are mostly of public domain, and come from the digitization activities carried out by the libraries that own the originals and are ownership of digital reproductions, and are Institutions partner of the portal.

The non-commercial re-use is free in accordance with the local regulations.


To allow commercial reuse and/or to obtain a high-definition document please, contact the copyright holder of the digital object using the contact e-mail you can find in the Download of the document.

The terms of use of the Internet Culturale material states that the final users that reproduce images or part of them must mention the source [www.internetculturale.it](http://www.internetculturale.it)


PREFATIO IOHANNIS AR.  
GYROPILY COSTANTINOPOLITANI ADMAGNIFICVM  
ET CLARISSIMVM VIRVM.  
COSMAM MEDICEM IN LIBRVM ARISTOTILIS DE ANI.  
MA EX GRECO IN LATINVM  
AB IPSO TRADVCTV

M.

**I**OHANNES ARGYROPYLVVS CON  
STANTINOPOLITANVS MAGHIFI  
CO VIRO COSME MEDICI. S. P. DI  
CIT. Hominem ut te non  
preterit magnifice atq. ornatissime  
cosma: non sua fortuito causa pro  
creavit. Nec frustra iuribus mune  
ribus: tam amplis tam preclaris tam adm  
rabilibus ponaunt. Primum. n. ignoratio  
nem sine dubio: secundum: stultitiam te  
meritatemue procreantis nimirum signifi  
casset ac indicasset. Quibus quid ab omnium  
prestabilissimo magis exterminandum esse








n. 209. / 16.

Plant. Gh.  
Coo 13.

*Pl 84 cod 13*





PREFATIO IOHANNIS AR.  
GYROPILY COSTANTINOPO-  
LITANI ADMAGNIFICVM  
ET CLARISSIMVM VIRVM.  
COSMAM MEDICEM IN LIB-  
RVM ARISTOTILIS DE ANI-  
MA EX GRECO IN LATINVM  
AB IPSO TRADVCTVM  
M.

**I**OHANNES ARGYROPYLVVS CON-  
STANTINOPOLITANVS MAGNIFI-  
CO VIRO COSME MEDICI. S. P. DI-  
CIT. Hominem ut te non  
preterit magnifice atq. ornatissime  
cosma: non sua fortuito causa pro-  
creavit. Nec frustra viribus mune-  
ribusue: tam amplis tam preclaris tam admi-  
rabilibus ornauit. Primum. n. ignoratio-  
nem sine dubio: stultitiam te-  
meritatemue procreantis nimirum signifi-  
casset ac indicasset. Quibus quid ab omnium  
prestabilissimo magis exterminandum esse





uidetur. Quod si neq. forte neq. frustra:  
fabrum qdem anulum: figulum aut olulam  
unq. confecisse finxisseq. dixerimus: modo me-  
tis integre saneq. simus: qui fieri potest: ut  
uis animaduertendi diiudicandiue uis ulla  
iure tribueretur: qui nec animaduersum  
atq. prospectum esse: nec ob finem quenq. co-  
fectum hominem ab effectrice rerum omni-  
um causa censiissent. Omitto breuitatis cau-  
sa cetera. Nature scilicet uim. Artis imbecilli-  
tatem. prime nobilitatem mentis. infinitasq.  
uires: ac opificis huiusce tenuem admodum  
exiguamq. conditionem. quibus pspicitur: eo  
non fortuito non frustra magis hominem  
ortum esse: q. anulum olulamq. quo tam ar-  
ti natura: q. rebus omnibus deus preest. Sed  
si res eas tantum animaduertere uoluerimus:  
ex quibus homo primo conficitur: facile sane-  
ret quam querimus ueritas elucescet. Inspicia-  
tur. n. ipsius diligenter corporis humani dis-  
positio constructioe: quam adeo miro natu-  
ra callidissimoq. artificio fabricata est: ut ni-  
hil sit omnino: quod aut addi: aut mutari:  
aut detrahi possit. Excogitetur animi substan-  
tia. uires eius preterea muneraq. puestiget.

www.internetculturale.it

que qdem: tum multa: tum uaria diuersaq;  
sunt: tum ordinem talem inter sese subeunt:  
ut gradu quodam sineq; interuallo: aliud ex-  
cellat aliud ac comitetur. Et .n. in homine  
plures esse uariasq; uitas: ob animi munera  
uiresq; complures: non dubitamus asserere.  
quanq; unum id ipsum est: cui talis uarietas  
attribuitur uite. Nam homo nutritur. In-  
crementa suscipit. procreare potest. Sentit.  
resq; sentiendo dissimillimas comprehendit.  
Calorem inq; saporem odorem sonum colore.  
Se ipsum item motu ciet interiore & suo. Quid  
plura? Ipsa quoq; mentis uiuit conditione.  
Honestum percipit. Rem familiarem constituit.  
Ciuitatem gubernat. Veritatem discernit. De-  
nuq; rerum omnium suiq; cognitionem con-  
sequitur. Ac tandem ipsum omnium pfecti-  
ssimum deum inspicit: eiusq; cognitionem  
summa cum subtilitate complectitur. Que-  
cum tam multa tamq; mirabilia sint: ordi-  
neq; miro conficiantur: quis unq; sane men-  
tis fortuito talem aut frustra dicet homine-  
natum ortumq; fuisse? Eodem cum hec ani-  
maduerto: (id aut sepe numero facere cosue-  
ui:) mirari uehementer soleo: prunq; uires

atq. sapientiam mentis. que qdem non solum  
segregatam a corpore mentem: nec uacantez  
naturam anima procreauit: nec sensum  
rationis expertem: sed mentem quoq. cum  
ipso sensu corporisq. mole coniunxit. quod  
sane non modo non fortuito frustraue: sed  
neq. sine prudentia summa uiribusq. imme-  
sis fieri potest. quorsum igitur hec pergunt  
aut cur his affari te oportere continuo duxi:  
Ut inde statim emergat ac patefiat: & eos qui  
se se nimium neglexere: lucem hanc mala  
fortuna frustra uidisse: et te summo stu-  
dio fatiq. felici consecutum esse res omnis  
eas: ob quas assequendas natura talis oritur  
homo: et eo iam esse profectum atq. deduc-  
tum: ubi tandem natura calcem humani  
cursus: premiaq. collocauit atq. constituit.  
Nam & utrunq. finem hominis es adeptus: una  
cum uniuersis externis bonis: que qdez cui  
absunt: obfuscare quoclammodo beatitudinē  
soleant: & omnium hominum communi sen-  
tentia: prima inter omnis obtines partes: atq.  
adeo ut nemo sit homo: cedat modo liuor-  
iniquus: omnisq. temeritas: qui qdem hac et  
te posthabita: non conferendum te cum iis

www.internetculturale.it

hominibus censet: quorum usq. adeo fama ce-  
lebratur & gloria: ut non bonorum hominū.  
sed deorum honores non iniuria consequi ui-  
deantur. Quid. n. boni non in te summum  
intueri licet? Quis actus exercendus uirtutis:  
non supremus abste fieri continueq. uidetur.  
Inest tibi profecto summa prudentia. quare  
cunctis uirtutibus tuus animus est imbut?  
Assunt tibi facultates abunde. omnis affluen-  
tia prosperitasq. fortune. Quare cuncta uir-  
tutum actus abste semper proficiuntur.  
neq. liberalitatis minus magnificentieue-  
quicq. efficitur munus. Inest tibi preterea  
ueri pspiciendi summa uis & facultas. qua  
re pars altera mentis id est adepta profecto:  
quo rerum contemplatur cum libet perspi-  
citq. natural. finem igitur utrunq. comple-  
xus est humane nature: ob quem homo ta-  
lus a sua causa sicuti diximus procreatur:  
in lucemq. uenit. quamobrem: te nunc for-  
tunatum: te nunc felicem: te nunc beatū  
appellare non immerito sine formidine li-  
cet: & si soloni fortasse non placet. qui qdez  
sine dubio si nunc adesset: teq. iam felicitate  
humanam hoc pacto consecutū uidisset:

mutata statim sententia: ter te felicem ante  
uitam exactam quater te dixisset beatum.  
Est. n. iniquum: eum in uita non felicem esse  
putare: qui felicitatem est consecutus: sum-  
mum inq̄ hominis bonum: fixum atq; perpe-  
tuum: quod qdem nulla ui prorsus: nulla te-  
meritate fortunę unq̄ expirare dissolui po-  
test. Hec cum ita sint: constetq; felicem  
perinde atq; deum inter homines esse: quib;  
te nos o uir felix: quibus tandem honorib;  
quibus muneribus afficiemus ac prosequimur?  
Nam & offerenda sunt omnino munera tibi:  
& in offerendis muneribus adhibenda est dili-  
gentia: ut honestas: ut decora: ut dignitas cō-  
seruetur. Pareat igitur atq; offerat quisq; tibi:  
quod sibi magis uidetur ad conseruandum  
decora accedere. Mihi semper ea tibi sunt  
offerenda: que iam pridem accommodata esse  
dignitati tue putau: queq; offerre iustitui:  
partimq; obtuli: genere quorum nihil tibi  
perfecto gratius: nihil carius: nihil iocun-  
dius: nihil deniq; accommodatius esse potest.  
Quid. n. uir animi magni sibi oblatum ma-  
gnifaciet unq̄: preter res eas: que continuo  
suapte natura sineq; interuallo ad ipsam

www.internetculturale.it

assequendam humanam ducunt felicitatem:  
qua quidem nihil omnino prestabilius ho-  
mini posse contingere putat. Post librum  
itaq. aristotelis naturalis auditus: eleganti<sup>9</sup>  
causa tua traductum: tibiq. oblatum: libri  
nunc eiusdem de anima traductum idem  
tidem offero. preclarum & ipsum ut scis &  
admirabile opus. quod quidem eo ceteris ope-  
ribus naturalibus antecellit: quo scientia  
anime: mentisq. humane cognitio: omni  
scientie nature cognitioniue preest. Hinc  
hominis sane natura perfecte perspicitur. Hinc  
cognitionis lumen humane notum euadit.  
Hinc scientia naturalis exactius: hinc mora-  
lis philosophia tota percipitur. Hinc & immor-  
talitas anime demonstratur: & mentes a  
corporibus esse separate probantur: & philo-  
sophia prima: sue processionis exordia su-  
mit. Accipe igitur & hunc librum a me  
tua traductum ut dixi causa felix. et stu-  
dio tibi plege consueto. Inuenies saltem ut  
puto nunc faciliores illas omnis sententias  
cognitu: quas per obscuras olim interpretandi  
modus ille simplex recedebat. Vale. Et si  
quid tibi gratum siquid iocundum hoc pacto

subministramus: id omne vinculo benivolentiae  
tribuas uelim. quod quidem me uirtutum  
amatorem: tibi studiosissimo: ut par erat ue  
hementer coniunxit.

ARISTOTILIS DE ANIMALIBUS LIBER PRIMVS  
CIPIT PER DOMINUM IOHANEM ARGENTINUM PROPYLUM  
EX GRECO IN LATINVM TRADVCTUM AD MAGNI  
FILIIUM CLAUSII SIMONIS QUI VIRUS COSMO MEDICES

**Q**UONIAM OMNEM SCIEN-  
TIAM REM ESSE BO-  
HAM ARBITREMUR  
ac honorabilem & alia  
alia magis ex eo talem  
esse putemus quia vel  
certior est uel rerum  
est earum que magis prestabiles magisq.  
sunt admirabiles: scientiam anime nimirum  
ob hec utraq. non iniuria ponendam in pri-  
mis esse censemus. Videtur autem & ad  
ueritatem omnem ipsius anime cognitio  
uehementer conferre: & maxime ad na-  
ture scientiam. Est enim anima quasi princi-  
pium animalium. Atque prospicere cogno-  
scereque naturam eius & substantiam queri-  
mus. Deinde ea que circa ipsam accidunt:  
quorum quedam affectus ipsius esse pro-  
prii: quedam animalibus & iam inesse com-  
petereque uidentur. Verum enim pentus

per ipsam





omninoq, difficillimum est. fidem aliquam  
de ipsa tandem accipere. Nam cum hec que-  
stio communis sit etiam cum aliis rebus  
compluribus. de substantia dico & quid est.  
unus cuiusmodi fortasse modus: una uia q̄-  
dam esse uidebitur: qua cognoscere q̄dam  
sit unaqueq, possumus rerum: quarum  
essentiam percipere uolumus: & p̄inde atq,  
modus si unus existit: quo proprii rerum  
demonstrantur affectus. Quapropter  
querendum est: quenam sit illa uia: quis  
ille modus unus: quo rerum essentie percipi  
possunt. Qd̄ si non unus q̄dam atq, com-  
munis ille sit modus: longe difficilior ipsa  
tractatio fit. Oportebit. n. de unaquaq;  
rerum accipere: quis ad unamquaq, modus  
accommodabitur. Sin uero pateat illū  
demonstrationem uel diuisionem uel q̄ā  
quendam alium modum esse: complures  
itidem difficultates erroresq, emergunt  
in iis exquirendis: e quibus uniuscuiusq;  
conficienda est definitio. Aliarum naq,  
rerum alia principia sunt: ut numerorū  
superficierumq;. Primum aut̄ fortasse  
necessarium est diuidere atq, accipere

in quonam generum collocetur: quidq;  
sit anima. Vtq; uidelicet sit substantia  
an in qualitate. uel quantitate. uel in alio  
quodam predicamentorum genere colloce-  
tur. Deinde puestigandum est utq; eo-  
rum subeat rationem. que potentia sunt.  
an potius actus quidam existat. Non. n.  
parum interesse uidetur. Consideran-  
dum est preterea si partibilis sit. nec ne.  
Et utq; eiusdem sit omnis anima speciei  
an non. Et si non sit omnis eiusdem spe-  
ciei: utq; specie tantum an & genere di-  
fferat. Hunc. n. ii qui dicunt atq; que-  
runt de anima de humana tantum que-  
rere pscrutariq; uidentur. At cauendū  
est ne nos pretereat utq; una sit eius  
ratio ut animalis. an uniuersuiusq; sit alia  
ratio: ut equi. canis. hominis dei. Ani-  
mal aut uniuersale aut nihil prorsus  
aut posterius est. Et quicquid itidem aliud  
communiter predicatur. Item si nō plu-  
res sint anime. sed partes: utq; animam  
totam an partes querere prius oporteat.  
Difficile aut est. id quoq; determinare que-  
nam scilicet partes a quibus diuerse sint.

Item utrum ipsas partes an ipsarum partium operationes prius querere perscrutariq. oporteat. Intelligere uidelicet an intellectum: Et sentire an sensituum: Et eodem modo de ceteris. Quid si operationes prius sint inquirende: rursus profecto quispiam dubitabit: si obiecta prius sint inquirenda. Ut sensibile prius quam sensituum: & intelligibile quam intellectuum. Non solum aut ipsius quid est cognitio conferre uidetur ad perficiendas eorum causas accidentium que per se substantiis competunt: ut in mathematicis confert: quid est rectum: & quid curuum: uel quid linea: quid superficies: ad cognoscendum quot rectis angulis trianguli sunt equales. sed e conuerso & iam accidentia magnam afferunt opem ad illud percipiendum. Nam cum penes phantasiam de accidentibus aut omnibus aut pluribus rationem reddere possumus: tum aliquid & de substantia dicere poterimus optime. Omnis. n. demonstrationis principium definitio est. Quare patet eas omnes definitiones dialectice uaneque dictas ac assignatas esse: quibus non fit: ut accidentia percipian-

tur: aut de ipsis coniectura facilis habeat.  
Est etiam de affectibus anime dubitatio. V-  
trum uidelicet omnes communes sint cu-  
eo quod habet animam: an sit & ipsius ani-  
me proprius aliquis. Hoc. n. ipsum accipe  
quidem necessarium est. Sed tamen accipi  
facile nequit. Atq. complures sunt: quo-  
rum sine corpore nullum aut agere aut  
pati uidetur. Ut irasci: confidere: cupere:  
omnino sentire. Maxime tamen intelli-  
gere proprio simile est. Qd si hoc etiam  
phantasia sit quedam: aut sine phantasia  
non sit: nec istud esse sine corpore potest.  
Si igitur operationum anime uel affectu-  
um aliquis proprius sit ipsius: fieri potest  
ut ipsa anima separetur. Sin uo nullus  
sit eius proprius: non separabilis est. Sed  
est de ipsa perindeatq. de recto. plura naq.  
recto ut rectum est: competunt. Veluti  
puncto pilam eneam tangere. Non tamen  
ipsum unq. separatum tanget: quippe cum  
semper aliquo cum corpore sit. Viden-  
tur aut & omnes affectus anime cum co-  
pore esse. Ira uidelicet: mansuetudo: timo:  
misericordia: confidentia: gaudium: odium

Est. n. inseparabile.

7

deniq; atq; amor. Nam una cum his cor-  
pus aliquid afficitur atq; patitur. Quod  
qdem ita esse uel ex eo patet. Interdum  
n. non irascuntur neq; timent: & iam si  
se uehementes ipsis manifeste ue cause offe-  
rant: adeoq; tales: ut aut ad iram prouo-  
care possint aut imprimere metum. In-  
terdum a paruis quibusdam mouentur  
atq; exilibus: si feruet concitaturq; corpus:  
& p inde se habet atq; cum afficitur ira.  
Hoc aut magis ex eo patet: quia non nulli  
nulla re penitus accidente: que qdem possit  
terrere: nulloq; imminente periculo: ut  
ii qui metuunt pturbantur atq; afficiu-  
tur timore. Que si ita sint: patet affectus  
rationes esse materiales. Quapropter & di-  
ffinitiones ipsorum tales existunt. Irasci  
naq; motus quidam talis est corporis aut  
partis aut potentie: ab hoc: huius gratia.  
Idcirco naturalis est: de anima uel omni  
uel tali considerare. Diuerso aut mo-  
do naturalis: & differendi artifex unum  
quodq; istorum diffiniet. Nam alte ira  
appetitionem esse dicet: doloris uicissim ad-  
uersario inferendi: aut aliquid tale.

†

Alter sanguinis aut caloris circa cor existen-  
tis feruorem ebullitionemue. Atq; alter  
materiem: alter formam hoc pacto red-  
dit & rationem. Hec. n. est ratio rei: quaz  
neesse est si fuerit in tali materia esse.  
Sic. n. & domus assignari diffinitio solet.  
Nam quidam talem eius rationem assignat.  
quod est tegmentum: quod quidem probi-  
bere propulsareq; potest incommoditates  
eas que tum a uentis tum ab imbribus  
tum & ab estu fieri euenireq; solent. Qui-  
dam dicit qd ex lapidibus lateribus lignis  
ue constat. At alius formam in hisce po-  
nit: horum dicendo gratia. Quis igitur  
istorum est naturalis? Vtrum is qui ma-  
teriam assignat & rationem ignorat: an  
is qui solam rationem reddit & materiam  
ipsam omittit: an is potius qui utraq; com-  
plectitur? At illorum uterq; quis est?  
At. n. constat neminem esse qui circa mate-  
rie uersetur affectus non separabiles: & ut  
non separabiles sunt preter ipsum philoso-  
phum naturalem. Etenim naturalis cir-  
ca omnia ea uersatur: que talis corporis  
talisq; materiei sunt operationes atq; affect?

Circa autem ea que talia non sunt: non naturalis sed alius solet uersari. Atq. de non nullis qdem . . . . . considerat artifex forte: faber inq. uel medicus. De his autem que separabilia qdem non sunt: at tamen non ut affectus corporis talis: sed exhaustionem sumuntur: mathematicus. At ea que sunt separata & ut talia sunt: ipse primus philosophus contemplatur. Sed eo redeundum est: unde nostra defluxit oratio. Dicebamus aut. affectus anime non esse separabiles ab animalium naturali materia: ut tales existunt. nec ut separatur linea superficiesq.: sic iram & metum a subiecta sibi materia separari.

Tractatus unicus.  
cap. primum.

**V**erum enim uero necesse est considerantes de anima & de iis dubitantes ac ambigentes que nos oportet procedentes inuenire atq. percipere: in medium eorum antiquorum afferamus opinionem qui de anima tractarunt aliquid atq. dixerunt. Ut ea qdem accipiamus que bene sunt dicta. ab his aut. caueamus que non bene recteq. dicta fuere. Initium autem inquisitionis hoc erit profecto congruum:

si prius posuerimus ea que maxime uidentur anime competere suapte natura. Animatum itaq. duobus his ab inanimato maxime differre uidetur. Motu uidelicet atq. sensu. A maioribus & nostris hec duo ferme de anima accepimus. Inquiunt n. non nulli animam id esse quod maxime primoq. mouet. Atq. existimantes fieri non posse ut id aliud quicq. moueat quod non mouetur: animam de numero eorum esse putarunt: que motu cientur. Quocirca democritus ignem atq. calorem ipsam censuit esse. Ex illis n. indiuiduis infinitis corporibus quibus infinitas figuras tribuit: rotunda dicit ignem & animam esse. Hec indiuidua corpora similia corpusculis esse que in aere ferri uidentur: in ipsis inq. radiis qui per fenestras ingrediunt & rerum elementa generandarum seminaq. totius esse nature dixit. Eadem & leucippus ille censebat. Horum igitur uti diximus corpora rotunda: ignem atq. animam asserunt esse: propterea quod maxime omnium figure tales ingredi penetrareq. totum corpus ceteraq. mouere

Anaxagoras

idem

democritus

anaxagoras

tam paruis quibus

leucippus



possunt: cum moueantur & ipse. Arbitran-  
tur. n. animam id esse quod motum ani-  
malibus prebet. Quapropter & respira-  
tionem uiuendi rationem atq. causam esse  
putant. Nam eo quod continet contrahē-  
te corpora comprimenteue ac extrudēte  
figuras eas que prebent animalibus motū:  
quoniam nec ipse quiescunt unq̄. succur-  
sum auxiliūq; respiracione fieri dicunt:  
foris ingredientibus aliis figuris similibus  
que q̄dem egredi prohibent ipsas que ī ani-  
malibus insunt: id repellendo quod contra-  
hit atq. premit: Et eousq; uiuere animalia:  
quousq; id facere possunt. Videtur autē  
& id quod a non nullis pythagoricis dici-  
tur eandem habere sententiam. Qui-  
dam n. ipsorum ea corpuscula que agitan-  
tur in aere: quidam id quod illa mouet  
ac agitat animam esse dixerunt. prop-  
terea quod continue moueri uidentur:  
& iam si nullus uentus penitus afflet.  
Eodem feruntur & ii qui dicunt animam  
id esse quod se ipsum agitat motu. Et  
n. omnes hi motum uidentur putasse  
maxime proprium esse anime. Et cetera

unincumb

pythagorici

sup primam

sup primam

quidem uniuersa per animam: hanc autē ex  
se ipsa moueri. quoniam nihil uidebāt mo-  
uere. quod non moueatur & ipsum.

Similiter & anaxagoras id quod mouet  
animam esse dicit: & si quis alius censuit  
uniuersum mentem mouisse. Non tamē  
pinde penitus atq. democritus. Is. n. ani-  
mam & intellectum simpliciter esse puta-  
uit. Et. n. id quod uidetur. uerum esse di-  
cebat. Quocirca recte dixisse carminibus  
inquit homerum. Hector sic fortis uali-  
da sine mente iacebat. Non igitur ut po-  
tentia quadam circa ueritatem utitur me-  
te ac intellectu. Sed idem esse animam  
dicit & intellectum. Anaxagoras autē mi-  
nus de ipsis explanat. In plerisq. n. recti bo-  
niq. mentem causam esse dicit. In nō nul-  
lis autē idem mentem & animam esse.

Nam in animalibus uniuersis tam prestabili-  
bus q̄ minus & prestabilibus mentem inesse  
dicit. At mens tamen & intellectus. cui  
tribui prudentia solet. non uniuersis simi-  
liter animalibus quin & neq. cunctis homi-  
nibus inesse uidetur. Omnes igitur ii q̄  
ad animalis respexere motum. maxime

Anaxagoras

idem

tam paruis q̄ ma-  
gnis:

motuum animam esse putarunt.

**A**t qui cognitionem animaduverterunt ipsi  
ac sensum quibus res cognoscit & sentit: ii  
dicunt animam principia rerum esse.

Empedocles

Empedocles

Atq; qui plura principia faciunt: hec ipsa  
qui uo unum id ipsum animam esse cen-  
sent. Empedocles. n. ex elementis qdem  
uniuersis ipsam constare censet. Tamen &  
unumquodq; istorum animam esse putat.

Dicit enim.

Terram nam terra: lympha cognoscim<sup>9</sup> undaz.

Aethere quin ether: ignis dignoscitur igne.

quin & amore amor: <sup>ae</sup> tristi discordia lite.

Plato

Eodem & plato modo animam in timeo  
ex elementis constare censet. Simili naq;  
eius quoq; sententia cognoscitur simile Et  
res ex principis sunt. Similiter deter-  
minatum est ab eodem: & in iis que de phi-  
losophia dicuntur. Animal qdem ipsum  
ex ipsius unius idea formaue & ex longitu-  
dine prima & latitudine profunditateue  
constare. Cetera uo simili modo. Item  
& alio pacto. Intellectum qdem esse unū.  
Scientiam uo duo. Est. n. ipsa tantum ad  
unum processio. Superficiēi pretereā

numerum: opinionem. Solidi sensum. Ipsi  
nāq. numeri forme ipse & principia dice  
bantur. Atq. sunt ex elementis. Res uō  
partim intellectu: partim scientia: partim  
opinione: partim sensu diiudicantur. Atq.  
hi numeri: forme rerum existunt.

**C**um autē anima motiuum & cognitiuum  
esse uideretur: quidam utrunq. complexi  
sunt: atq. animam numerum esse se ipsuz  
mouentem asseruerunt. Omnes tamen  
de principis que & quot sunt inter se se  
dissentire uidentur. Atq. maxime qdem  
ii qui corporea putant esse: ab iis dissen  
tunt qui incorporea ponunt. Minus au  
tem ab his ii qui composuerunt & ex u  
trisq. principia rerum assignauerunt.

Dissentiunt item de multitudine eorūde.  
quidam. n. unum quidam plura principia  
dicunt esse. Atq. ut de principis seferūt  
sic de anima & determinauerunt. Non  
n. absurdum est inter primorum natura  
mouendi causam collocare. Quapropter  
ignis quibusdam esse uidetur. Is. n. sub  
tilissimarū est partium & longe magis q̄  
elementa cetera incorporeus. Mouetur

democritus

item: & cetera primo mouet. Democritus autem & subtilius dixit: cum assignauerit: cur est istorum utrunque. Dixit. n. intellectum & animam idem esse. Atque id esse de numero primorum indiuiduorumque corporum. Motiuum autem esse: ob subtilitatem partium & figuram. Figurarum uero omnium mobilissimam rotundam asserit esse: Talesque esse intellectum & ignem.

anaxagoras

At anaxagoras uidetur quidem aliud animam: aliud intellectum mentemue dicere: quemadmodum & antea diximus. Ut tamen utrisque, prouideatur, una natura.

Verum mentem principium maxime omnium ponit. Solamque rerum omnium ipsam simplicem & non mixtam & puram esse sinceramque dicit. Atque eidem principio hec utraque tribuit. Cognitionem inquam & motum: quoniam dixit: hoc uniuersum mentem mouisse. Thales & uidetur ex his que tradita memorie sunt: motiuum quoddam animam ipsam esse putasse: siquidem dixit: magnetem habere animam: quoniam mouet ferrum. Diogenes autem sicut & alii quidam: aerem ipsam cen-

thales

diogenes

fuit esse: quoniam hunc subtilissime sub-  
stantie principiumq; rerum esse putauit.  
Idcirco cognoscere atq; mouere animam di-  
xit. Hoc qdem cognoscere: quo primum  
existit: & ex hoc ipso cetera constant. Hoc  
aut esse motiuum: quo subtilissimum est.  
Heraclitus quoq; principium aut animam  
esse: quippe cum exalationem ex qua ce-  
tera dicit constare: & maxime incorpo-  
reum esse: & semper fluere: atq; id quod  
mouetur: eo quod motu cietur cognosci  
censeat. Moueri aut res uniuersas & ipse  
& alii complures arbitrabantur. Simi-  
li modo & alcmeon de anima putasse uide-  
tur. Dicit. n. ipsam immortalem esse ex  
eo quia similis ipsis immortalibus est.  
quod qdem ideo dixit ipsi competere: quia  
semper mouetur. Mouentur. n. & res ipse  
diuine continue semper. luna uidelicet: sol:  
stelle totumq; celum. Quidam & magis  
importuni animam aquam esse dixerunt.  
ut hippo. Qui qdem ad hanc sententiam  
ratione feminis uidetur esse compulsus: q  
nam omnium semen humidum est. Et  
n. redarguit eos qui sanguinem animam

heraclitus

alcmeon

hippo

democritus

critias

antharses

maximus

aristoteles

stales

epicurus

diogenes

asserunt esse: quoniam semen sanguis nō est: quod qdem est anima prima. Sūt & qui sanguinem ipsam esse dixerunt: q̄ de numero & critias fuit: sentire maxime proprium anime esse putantes. Quod q̄ fieri propter naturam sanguinis crediderunt. Ita omnia elementa preter terrā iudicem habuerunt. Hanc aut nemo tribuit anime: nisi quis ipsam dixerit ex omnibus elementis constare: aut omnia esse. Ut igitur in summam omnia redigamus: tribus his omnes animam: motu uidelicet: sensu incorporeoq; diffiniunt. quorum unumquodq; reducitur ad principia rerum ut patuit. Quapropter & ii qui cognitione diffiniunt animā aut elementum: aut ex elementis faciunt ipsam: similiter omnes preter unum dicentes. Inquiunt. n. simile simili sibi cognosci. Atq; cum uniuersa cognoscat ac percipiat anima: ex uniuersis rerum principis ipsam constare dicunt. Quibus igitur placuit unam causam elementumq; unum ponere rerum: ii animam & unum: aut uidelicet ignem aut aerem esse ponunt.

Qui uero plura rebus principia tribuunt:  
 si plura quoque dicunt animam esse. So-  
 lus autem anaxagoras mentem passione uaca-  
 re dicit: & nihil prorsus cum ceteris  
 habere commune. Verum cum talis sit: quod  
 pacto cognoscet & quam ob causam nec  
 ille dixit: nec ex dictis percipi potest. Item  
 qui contrarietates in principis faciunt:  
 si conficiunt animam & ex contrariis.

anaxagoras

Qui uero tantum alterum ponunt contra-  
 riorum: calidum scilicet aut frigidum  
 aut aliquid huiusmodi, si similiter & anima  
 unum istorum asserunt esse. Quapropter  
 & nomina quoque sequuntur. Nam si qui  
 calorem animam esse dicunt: inde inqui-  
 unt ipsum uiuere ductum nominatumque  
 fuisse. Et si rursus qui frigidum illam  
 esse autumant: animam inde nuncupata  
 ob respirationem & refrigerationem asse-  
 runt esse. Hec igitur sunt que de ani-  
 ma tradita sunt a maioribus nostris: & he-  
 sunt iidem cause: ob quas illi talia de ipsa  
 dixerunt.

**C**onsiderandum est autem primum de mo-  
 tu. Nam fortasse non solum falsum



est substantiam anime talem esse: qualem  
ii dicunt / qui animam id asserunt esse /  
quod se ipsum mouet aut mouere potest:  
sed & iam unum id esse quoddam uidetur /  
ex iis que nequeunt esse: motum uidelicet  
ipsi inesse atq. competere. Quod igitur  
non necessarium sit id omne moueri qd  
mouet / olim iam diximus & probauimus.  
Cum aut omne quod motu cietur dupli-  
citer moueatur ( aut .n. per aliud aut p  
se mouetur: per aliud autem id omne mo-  
ueri dicimus: quod est in eo quod motu  
cietur: ut nauigantes: hi naq. non p inde  
atq. nauis mouentur: hec .n. per se moue-  
tur: illi motu cietur: quia sunt i eo quod  
motu cietur: quod qdem ita esse patet ex  
partibus: motus .n. proprius pedum est am-  
bulatio: qua mouentur & homines: tunc  
aut is motus non inest ut patet in nauiga-  
tibus ) : Cum igitur inq id quod mouet /  
bifariam dicatur moueri: consideremus  
nunc oportet de anima: si per se moueatur:  
motusq. particeps sit. Cum itaq. quatuor  
sint motus: latio scilicet: alteratio: accretio  
atq. decretio: aut istorum uno aut pluribus

aut omnibus ut patet mouebitur. Qd si  
non per accidens moueatur: natura sane  
motus inerit ipsi. At si hoc sit: locus & iam  
eidem identidem competet. Omnes .n. iam  
dicti motus in loco sunt. Qd si substātia  
sit anime: se ipsam motu ciere: non per  
accidens inerit ipsi motus: ut inest albedi  
ni ceterisq; similibus. Mouentur .n. & ipsa.  
Verum per accidens: quippe cum corpus id  
moueatur: cui res tales insunt. Quapropter  
& locus nullus istorum existat. At erit  
anime sine controuersia locus: si natura  
motus competat ipsi. Item si natura mo  
tu cietur: ui quoq; moueri potest. Et si  
ui mouetur: & natura moueri potest.  
Eodem modo de quiete quoq; dicere possumus.  
In hoc .n. natura res quiescere solet: in quod  
suapte natura mouetur. In hoc pari modo  
ui plane quiescit: in quod ui pulsa moue  
tur. At qui motus erunt anime uiolen  
ti quietesue: nec si fingere uolumus assi  
gnare facile possumus. Item si sursum  
mouebitur: ignis erit. Si deorsum: terra.  
hisce nāq; corporibus hi motus competunt.  
Eadem est & de medijs corporibus ratio.

Item cum uideatur anima corpus mouere:  
rationi consentaneum est: uisc motibus  
ipsum mouere: quibus & ipsa mouetur.  
Quod si id sit: conuertendo uere quoq; di-  
cere possumus: eo uidelicet ipsam motu  
cieri: quo mouetur & corpus. At ratio-  
ne corpus mouetur. Quare mutabitur  
& anima p̄indeatq; corpus. Et aut tota  
aut partibus locum mutabit ac trans-  
feretur. Quod si fuerit: fieri quoq; potest:  
ut egressa rursus corpus ingreduatur.  
Ex quo fiet: ut animalium ea que morte  
obierunt resurgant. At. n. motu per  
accidens ab alio quoq; mouebitur. Ani-  
mal. n. in pelli potest. Non aut oportet:  
cui penes essentiam competit a se ip̄o  
moueri: id ab alio motu cieri: nisi p̄ acci-  
dens quemadmodum nec quod per se uel  
propter se bonum est: id ob aliud oportet  
aut alterius esse gratia. Animam autē  
si mouetur: a sensibilibus quispiam dicit  
moueri. Preterea si mouet se ipsam  
anima: & ipsa quoq; mouetur. Quare  
cum omnis motus exitus atq; remotio sit  
cuius quod motu cietur: ea ratione qua

motum

motum subit: anima nimirum ex sua sub-  
 stantia remouetur ex utroque: nisi se ipsam  
 per accidens moueat. At motus ut in-  
 quiunt: ipsi per se penes substantiam in-  
 est. Quidam autem asserunt animam id  
 corpus in quo est eodem mouere modo  
 quo & ipsa mouetur. Ut democritus. q  
 qdem pindeatq; philippus comicus dicit.  
 Ille namq; dedalum aut ligneam uenerem  
 confecisse: que qdem motu mouebatur  
 argenti uniu: quod in illam infudit. Et  
 democritus pari modo pilas indiuisibiles  
 secum trahere corpus totum atq; moue-  
 dicit ex eo: quia nunq; ipse quiescut si ap-  
 te natura desinuntq; moueri. Hos  
 autem ipsum interrogabimus: si quietem q  
 id ipsum faciat unq;. At quonam pacto  
 quietem faciet: difficile est dictu: uel po-  
 tius dici minime potest. Omnino aut  
 anima non sic mouere uidetur animal:  
 ut inquit ipsi. Sed electione quadam  
 cognitione ue. Eodem autem modo ti-  
 meus q; animam corpus mouere dicit.  
 Mouere .n. ipsam ex eo censet atq; asserit  
 corpus: quia mouetur. q est ad ipsuz

connexa. Opifex. n. ut dicit ex elemētis  
ipsam iam constitutam numerisq; distinc-  
tam sonoris ut insitum sonoritatis atq;  
concentus habeat sensum: & uniuersum  
feratur consonis lationibus: rectitudinem  
coegit atq; reflexit in circulum. Et cum  
unum in duos diuisisset atq; ex uno duos  
fecisset circulos: duobus in punctis con-  
iunctos: rursus unum in septem orbis di-  
uisit. proinde quasi lationes ipsius celi:  
mouiones sint anime: quibus ipsa mouet.  
Primum igitur non recte dicitur anima  
magnitudinem esse. Nam animam uni-  
uersi talem ipse uult esse: qualis est ea  
que mens & intellectus uocatur. Non qua-  
lis est sensitua nec qualis est desideratiua.  
quippe cum harum motus non sit ut pa-  
tet conuersio. Intellectus aut unum est  
& continuus perinde ac intellectio. Intel-  
lectio uero eadem est: cum intellectus cō-  
ceptibus. Sed hi nimirum unum hoc sūt:  
quod alius deinceps post alium est: & ut  
numerus se se habent: non ut moles & ma-  
gnitudo. Quocirca nec intellectus hoc  
pacto continuus est. Sed aut partibus

penitus uacat: aut non est ut magnitudo  
 continuus. Atq; si magnitudo sit: quo  
 pacto quacunq; sua intelliget partium:  
 siue ille sint magnitudines: siue & punc-  
 ta: si hec quoq; partes appellare oporteat.  
 Nam si puncto: puncta uero sunt infinita:  
 patet quod nunq; ptransit. Sin magni-  
 tudine: sepius uel infinities idem intelli-  
 get. At uidetur & semel intelligere posse.  
 Qd si sat est: quauis partium tangere: qd  
 oportet aut orbe uersari: aut omio ma-  
 gnitudinem ipsum habere. Qd si necesse  
 est ipsum intelligere toto tangentem cir-  
 culo: quis est ipsius per partes tactus. Itē  
 quo pacto uel impartibili partibile: uel  
 impartibile partibili intelligere poterit.  
 Necessē est autem intellectum esse circulū  
 hunc. Intellectus nāq; motus intellectio  
 est. Circuli uero conuersio. Si igitur  
 intellectio conuersio sit & circulus is in-  
 tellectus erit profecto: cuius talis cōuer-  
 sio intellectio est. Quid preterea semp  
 intelliget. Oportet. n. ipsum aliquid in-  
 telligere semper. quippe cum conuersio sit  
 perennis atq; perpetua. Enimuō cōstat

intellectionum agendarum rerum terminos & fines existere. omnes. n. alicui sunt gratia. Speculatiue quoq. rationibus identidem terminantur. Et rationum aliam diffinitionem aliam demonstrationem esse patet. Demonstrationes aut. & ex principio sunt: & fines habent quodammodo ratiocinationem aut conclusionem. Qd si non terminantur: at saltem non ad principium redeunt. sed medium extremumq. semper sumentes recte progrediuntur. At conuersio rursus ut patet ad principium redit atq. reflectitur. Diffinitiones q. finite sunt omnes ac terminate. Itē si sepius eadem conuersio fit: idem sepius intelligere oportebit. Item intellectio quiescens magis & statui q. motui similis esse uidetur. Eodem modo & ipsa & iam ratiocinatio. Atq. nec beatum id est: quod non facile sed uolentium existit. Quod si motus non sit ipsius substantia preter naturam sane mouebitur. Laboriosum est & iam conuinctum esse cum corpore nec absolui ab eo posse: & maximoq.

fugiendum: quippe cum melius sit intellec-  
tui non esse cum corpore: quemadmodū  
& dici solet & complures plane cōsentiūt.  
Causa preterea cur celum conuertitur nō  
uidetur ex dictis illis emergere. Hec enim  
anime substantia causā conuersionis exi-  
stit: sed per accidens hoc modo mouetur  
ut patet anima: nec & iam corpus. Sed  
anima corpori potius motionis est causā.  
At uō neq. dicitur ita melius esse. Et  
tamen oportebat ideo deum animam or-  
be uersari facere: quia melius est ipsi mo-  
ueri q̄ stare. & hoc pacto moueri q̄ alio  
modo. Verum enim cum huiusce <sup>modi</sup> cōn-  
sideratio magis aliis accommodetur ser-  
monibus: eā nunc omitamus. Illud in-  
super absurdum euenire uidetur tā huc  
sententie q̄ & compluribus aliis que dicun-  
tur de anima: quod coniungunt quidez  
animam cum corpore ponuntq; ipsam  
in eo. Et tamen nihil prorsus determināt:  
quam ob causam scilicet & quomodo se se  
habente corpore: quāq; propinquitatem  
ad ipsam habente: quod tamen necessariū  
esse uidetur. Nam ob propinquitatē hoc



qdem agit: illud aut patitur. & hoc rursus  
mouetur: illud aut mouet. Quorum ni-  
hil sane quibusuis inter se se competit.  
At illi dicere qdem quale quid sit ipsa ani-  
ma enituntur. De suscepturo uo corpore  
nihil penitus dicunt atq, determinat. pro-  
inde quasi fieri possit: ut queuis anima  
sine ullo discrimine quoduis corpus ingre-  
diatur: ut pythagoricorum dicunt fabu-  
le. At animantis tamen cuiusq; corp<sup>s</sup>  
propriam speciem habere formamq; uidet.  
perinde igitur dicunt atq, si quispiam ar-  
tem fabrilem fistulas ingredi dicat. Et  
enim ars qdem instrumentis anima uo  
corpore utatur oportet. **E**st autez  
& alia quedam opinio de anima tradita.  
Credibilis qdem compluribus non minus q  
ulla earum que de ipsa dicuntur. Reproba-  
ta tamen & iis rationibus que in commu-  
nibus sermonibus fiunt. Animam eniz  
harmoniam quandam inquit esse.  
Harmoniam nanq, temperationem ee com-  
positionemq, contrariorum dicunt. Et cor-  
pus ex contrariis compositum esse.  
Vez. n. harmonia qdem ratio quedaz eoz

existit que sunt p̄mixta uel compositio.  
Anima aut̄ neutrum est istorum ut patet.  
Item harmonie q̄dem non est mouere. Ani-  
me aut̄ id maxime omnes simpliciter tri-  
buunt. Accommodatiuſ aut̄ harmonia  
de sanitate atq. omnino de uirtutibus cor-  
poris q̄ de anima dici potest. Atq. manife-  
stissimum id erit profecto: si operationes  
atq. affectus anime in aliquam harmoniā  
reducere enitemur. Accommodare nanq.  
p̄difficile est. Item in duo respicientes  
harmoniam dicere consueuimus. Et maxi-  
me q̄dem earum magnitudinum compositi-  
onem que motum habent positionemue:  
cum adeo sunt conuincte: ut nihil eius-  
dem generis inter se se suscipere possint.  
Hinc aut̄ & rerum rationem mixtarum.  
At neutro profecto modo consentaneum  
est rationi harmoniam animam appella-  
re. Atq. partium corporis compositio:  
facilis est admodum inquisitionis. Com-  
plures nāq. compositiones sunt ut patet &  
uarie partium. Cuius igitur partis aut  
quo pacto intellectum aut sensitiuum aut  
appetitiuum compositionem esse putare

oportet. Similiter absurdum est sane mixtionis quoque rationem animam esse putare. Non enim elementorum mixtio rationem habet eandem in carne & ossibus ceterisque corporis partibus. fiet igitur ut animas complures habeat animas & per totum quod corpus: si partes quidem uniuersae corporis ex elementis consistunt permixtis: ratio uero mixtionis: harmonia sit ut inquit animaque. Id etiam quispiam & ab empedocle non iniuria petet. Vnumquodque namque membrorum aliqua ratione dicit esse confectum. Vtque igitur ipsa ratio sit anima an potius aliquid aliud existens anima preter rationem in ipsis membris atque partibus insit. Item utque cuiusuis mixtionis sine ullo discrimine causa sit ipsa concordia an eius que ratione conficitur. Et utque ipsa concordia ratio ipsa sit an aliquid aliud preter rationem ipsam existat. Hec igitur tales dubitationes habere uidentur. Vtque si anima diuersum ac aliud a mixtione sit uti diximus: cur una cum ratione carnis ceterarumque partium animalis tollitur anima. Insuper si non unaqueque par-

tium animam habeat: si non sit anima ra-  
tio mixtionis: cur quelibet corrumpitur  
anima decedente. Ex his igitur que di-  
cta sunt: patet animam nec harmoniam  
esse posse: nec item orbe uersari. per acci-  
dens tamen ut diximus moueri potest:  
& se ipsam mouere. Mouetur naq. cor-  
pus in quo est. Mouetur aut ut patet ab  
anima. Alio uo modo fieri nequit ut  
ipsa moueatur penes locum ac agitetur.  
At. n. rectius de hoc ipso quispiam ad illa  
respiciens dubitabit: putabitq. ipsam mo-  
ueri. Dolere naq. dicimus animam: gau-  
dere: confidere: timere: insuper irasci: sen-  
tire: ratiocinariq. que quidem omnia mo-  
tus esse uidentur. Quapropter ipsam  
quispiam existimabit moueri. Vex id  
non necessarium est. Nam & si q. maxi-  
me dolere uel gaudere uel ratiocinari  
motus est: uel potius — moueri: tamen  
moueri ab anima est. Irasci naq. aut ti-  
mere: est hoc modo moueri cor. Ratiocina-  
aut aut tale forsitan est: aut aliqd ali-  
ud. Atq. quedam istorum fiunt: cum  
aliqua penes locum moueantur: quedam

cum aliqua alterentur. Quenam uero sint illa & quomodo fiant alia ratio est. Dicere autem animam irasci uel timere simile est: atque si quispiam animam texere dicat aut edificare. Nam melius est fortasse dicere non animam sed hominem anima miserari uel discere uel ratiocinari. Idque non quasi motus in illa sit. Sed nonnunquam quidem usque ad illam: non nunquam uero ab illa. Veluti sensus quidem ex hisce. recordatio autem ab illa ad eos motus uel status: qui sunt in ipsorum sensuum instrumentis. Intellectus autem aduenire uidetur: substantia quaedam existens & non corrumpi. Nam ab ea maxime que senectute fit obfuscatione corrumpetur. Hunc autem inde fit atque in sensuum instrumentis. Et. n. si senex talem acceperit oculum qualis est iuuenis uiderit sicut & iuuenis. Quare senectus fit non quia anima quicquam est passa. sed quia id in quo est aliquid passum est. quemadmodum in ebrietatibus & in morbis fieri solet. Et ipsum igitur intelligere ac speculari marcescit alio quodam intus corrupto. Ipsum autem passione uacat.

Racocināi uō & amare aut odisse non sunt illi  
us affectus. sed habentis illud. ea ratione. qua  
illud habet. Quapropter & hoc corrupto. nec  
recordatur. nec amat. Non. n. erat illius.  
sed ipsius communis. quod quidem perit.  
Intellectus aut diuinius quid fortassis exi  
sit & passione uacat. Quod igitur fieri non  
potest. quo moueatur anima. p̄spicuum iā  
ex dictis euasit. Qd si omnino non motu  
cietur. patet nec a se ipsā motu cieri.

**A**tq numerum animam esse dicere se ipsuz  
motu cientem: multo longius q̄ ea que di  
cta sunt a ratione distare uidetur. Nam  
iis qui id asserunt. ea primum impossibilia  
que emergunt ex motu. deinde propria  
quedam ex eo quod dicunt ipsam nume  
rum esse eueniunt. Quo nāq. modo uni  
tatem que moueatur. itelligere oportet:  
& a quo & quonam pacto: cum impartibi  
lis sit & nullam habeat differentiam. Si  
n. motiua sit atq. mobilis: diuersam ipsam  
esse dissimilemq. oportet. Item cū lineam  
qdem motam superficiem facere dicant:  
punctum aut lineam. unitatim & motus  
erunt continuo linee. Punctum. n. unitas

est: positionem habens. Atq. numerus anime  
iam alicubi est: positionemq. habet. Item  
si quis a numero numerum uel unitatem  
auferat: alius relinquatur numerus. At  
plante multaq. animalium uiuunt diui  
sa: & eandem animam specie uidentur ha  
bere. Preterea nihil differre uidebitur:  
animam unitates esse dicere: aut corpuscu  
la parua. Et n. si puncta fiant ex demo  
criti pillulis: modo maneat quantitas: erit  
in ipsis aliud qdem quod mouet: Aliud id  
quod mouetur: sicut in magnitudine. No  
n. quia magnitudine differunt aut parui  
tate: id ipsum quod dictum est accidit.  
Sed quia subeunt quantitatem. Quocir  
ca necesse est aliquid esse: quod ipsas unita  
tes mouebit. Qd si id quod in animali  
mouet: anima est: & id quod in numero  
mouet: anima est. Quare anima no est  
id quod mouet & quod mouetur. Sed id qd  
mouet dumtaxat. Item qui fieri potest  
ut anima unitas sit: Oportet. n. si sit: ipsi  
us ad ceteras aliquam differentiam esse.  
At unici puncti quenam preter positionez  
esse differentia possit? Si igitur unitates

punctaue que sunt in corpore diuersa sūt  
ab unitatibus anime atq. punctis: erunt  
unitates in eodem profecto loco. Punctuz  
n. anime: locum occupabit corporis pun  
cti. Atq. quid obstabit ac prohibebit ut  
si duo puncta sint simul in eodemq. loco: &  
plura quoq. duobus existant ac infinita.  
Quorum . n. locus indiuisibilis est. & ipsa in  
diuisibilia sunt. Qd̄ si ea puncta q̄ sūt  
in corpore sint ipse numerus anime: uel  
si numerus punctorum que sunt in corpo  
re sit ipsa anima: cur non omnia corpora  
animam habent. Nam in cunctis puncta  
esse uidentur: & q̄iam infinita. Item  
qui fieri potest ut separentur ac absolua  
tur a corporibus anime: siq̄dem linee non  
diuiduntur in puncta. fit igitur uti  
diximus ut partim idem n̄ dicant cum  
nisce: qui corpus quoddam subtilium par  
tium animam esse dixerunt. partim pro  
prium ipsos comitetur absurdum. ex eo q̄a  
corpus inquit ab anima moueri p̄inde  
atq. democritus. Nam cum anima sit  
in omni corpore sentiente: necesse est in eo  
dem duo corpora esse: si anima corp̄ aliquod



esse ponatur. Et horum igitur sententia  
qui quidem animam numerum esse censent:  
fit ut in uno puncto plura sint puncta: aut  
omne corpus habeat animam: si non nume-  
rus quisq; alius atq; diuersus a punctis ipsi<sup>9</sup>  
corporis superueniat. fit & ut animal a  
numero perinde moueatur: atq; democri-  
tum diximus id ipsum moueri censere.  
Quid. n. interest paruas dicere pilas moue-  
re animal aut unitates magnas: aut uni-  
tates omnino que agitantur motu. V-  
troq; naq; modo necesse est ipsas ex eo mo-  
uere animal quod ipse motu cidentur.  
Iis igitur qui motum ac numerum in alli-  
gnanda anima coniunxerunt: hec que di-  
cta sunt absurda: & item alia huiusce <sup>modi</sup> plu-  
ra eueniunt. Non. n. solum fieri neq;  
ut talis sit anime diffinitio: sed nec etiam  
ut accidens ipsi competere potest. Quod  
quidem ita esse patebit: si quis ex hac ratione  
operationes atq; affectus anime conabitur  
reddere. Cogitationes uidelicet: sensus: uo-  
luptates: dolores & cetera istiusmodi. Nam  
ut prius diximus: neq; uaticinari quidem  
ex ipsis facile possumus. **T**ribus autem

traditis modis: quibus antiqui diffiniunt ani-  
mam: duos iam reprobauimus. Et quas ha-  
bet utraq. sententia dubitationes contrarie-  
tatesq. pene diximus. Et ea scilicet: que ma-  
xime motiuum ipsam esse ex eo ponit: qua  
se ipsam mouet: Et ea que corpus ipsam subti-  
lissimarum partium: aut magis q̄ cetera in-  
corporeum esse censet. Restat igitur  
tertius modus: eaq. sententia: que ipsam asse-  
rit ex elementis constare: quam quidem dein-  
ceps consideremus oportet. Atq. patet  
ob hoc ex elementis animam constare non  
nullos dixisse: ut sentiat ea que sunt: & re-  
rum unamquaq. cognoscat. At hanc sen-  
tentiam multa profecto comitantur absur-  
da: que quidem minime fieri possunt. As-  
serunt. n. simili cognoscere simile: quasi ani-  
mam res ipsas esse ponentes. Vex non ele-  
menta sunt solum: ut patet: sed preter ea  
multa sunt & alia: quin potius infinita  
fortasse numero: que quidem ex ipsis con-  
stant & componuntur. Sit igitur ea  
cognoscere sentireq. animam: ex quibus illo-  
rum unumquodq. componitur. At totum  
ipsum compositum: quo cognoscet queso uel

sentiet. Ut quid sit deus uel homo uel os  
uel caro & ceterorum compositorum unum  
quodq. similiter. Non. n. unumquodq;  
istorum est ipsa elementa. quouis se se habe  
tia modo. sine ullo discrimine. Sed ex ip  
sis unumquodq. conficitur ratione quadam  
compositione. quemadmodum & empe  
docles. os ex elementis constare censet. Di  
cit enim.

Ceperat ante duas tellus instillima uasis:  
Aeris atq. aque partes vulcanus & ipse  
Quatuor ex octo iunxit. qf candida nata  
Ossa ferunt.

Nihil igitur elementa profunt: si sint in ani  
ma. nisi rationes & insint & compositio.

Unumquodq. n. cognoscet simili. os autem  
aut hominem non cognoscet profecto: nisi  
ipsa & iam insint. Hoc aut non opus est  
de iis esse dicere. que fieri nequeunt. Quis  
n. ambiget unq. si lapis uel homo uel equ  
us insit in anima: & bonum similiter & no  
bonum: & de ceteris identidem rebus.

Item cum id quod est multipliciter dici so  
leat: (quoddam. n. substantiam. quoddam  
quantitatem aut qualitatem aut aliquid

+

aliud enumeratorum iam predicamentorū  
significat: ) utrum ex uniuersis anima con-  
stet an non. At non uidentur commu-  
nia omnibus esse elementa. Ex his ne igitur  
solis constat que substantiarum sunt  
elementa. At quo pacto ceterorum quam  
unumquodq. cognoscit. At dicent unius  
cuiusq. generis elementa propria atq. prin-  
cipia esse ex quibus anima constat. Erit  
igitur ipsa & quantitas & qualitas & sub-  
stantia. At fieri nequit ut ex quantitatis  
elementis substantia sit & non quantitas.  
Eos igitur qui censent animam ex uniuersis  
constare, hec & huiusmodi cetera co-  
mitantur. Absurdum est & iam simile  
quidem a simili non pati dicere: simile uero sen-  
tire simili: simileq. cognoscere simili puta-  
re atq. asserere. deinde sentire pati quod-  
dam esse moueriq. censere & intelligere si-  
militer & cognoscere. Atq. multas dubita-  
tiones ac difficultates empedoclis habere sen-  
tentiam: corporeis scilicet elementis & sibi  
similibus cognosci res singulas: testatur id  
quod experientia late patet. partium. n. ani-  
malium corporum ee que sunt simpliciter

terree: ut ossa: nerui: pili: nihil sentire  
uidentur. Quare neq. sibi similia. At oportebat tamen. Item unicuiq. principio  
rum maior ignoratio q̄ cognitio nimirū  
inerit. Vnumquodq. n. cognoscet unum:  
multa aut ignorabit. cetera uidelicet om  
nia. Fit & empedoclis eadem sententia: ut  
deus sit omnium amentissimus: quippe cū  
ipse solus unum elementorum non compre  
hendat: ipsam discordiam inq̄. mortalia  
uō cuncta cognoscant: cum ex uniuersis  
singula constent. Preterea dicat oportet  
omnino: quam ob causam non habent ani  
mam omnia: cum omne quod est aut ele  
mentum sit: aut ex elemento uno uel plu  
ribus uel omnibus constet. Necesse est. n.  
omne quod est aut unum quid aut que  
dam aut uniuersa cognoscere. Item du  
bitabit non iniuria quispiam: quidnam id  
sit: quod ipsa continet atq. unit. Elementa  
nāq. materiei similia sunt. Atq. presta  
bilissimum id esse patet quod continet q̄  
quid id tandem sit. At nequit esse q̄q̄  
prestabilius anima: quod q̄dem dominetur:  
& magis etiam intellectu. Maxime nāq.

rationi consonum est hunc omnia precessi  
sse: & prestantissimum omnium & natura  
dominum esse. Illi autem elementa res om  
nis & uniuersa que sunt precedere censent.  
At. n. nemo prorsus de omni anima dixit:  
nec eorum qui censent ipsam ex elemētis  
ideo constare quia cognoscit sentitq; ea que  
sunt: nec & eorum qui maxime motiuuz  
ipsam asserunt esse. Non. n. omnia mouē  
tur que sentiunt. Sunt. n. animalium  
non nulla: que quidem non penes locum  
motu cientur. Et tamen hoc solo motiuuz  
anima uidetur animal agitare. Similitē  
& eorum qui tam sensitiuum q̄ intellectu  
ex elementis conficiunt: nemo animā om  
nem complectitur. Viuere nāq; uidentur  
plante. At expertes sunt tamen & sensus &  
motus. Animalium quoq; complura sunt  
que mente rationeq; uacant. Qd̄ si quis &  
hec illis concesserit intellectumq; partem  
aliquam esse posuerit anime & identidem  
sensitiuum: neq; sic de omni anima nec de  
ulla tota dicere uidebuntur. In hoc eo  
dem errore uidetur esse & ea sententia q̄  
carminibus orphicis fertur. Dicit enim

orpheus animam ferri uentis: & ex toto in  
gredi respiratione. Id aut̄ nequit ipsis ac  
cidere plantis: nec quibusdam itidem anima  
lium: quippe cum haud uniuersa respiret.  
Quod quidem eos preterit: qui talia de ani  
ma censuere. At uo si conficere animam  
ex elementis oporteat: non ex uniuersis  
continuo conficienda esse uidetur. Altera  
naq. pars contrarietatis sufficiens est se  
ipsam oppositamq. discernere. Recto. n. &  
ipsum rectum ut patet & obliquum co  
gnoscimus. Regula naq. iudex est utriq.  
At obliquum nec sui plane nec recti iudex  
existit. **S**unt & qui in toto uniuersa  
so pmixtam ipsam inquirunt esse. Quocir  
ca forsitan & thales omnia plena deorum  
esse putauit. Hoc aut̄ dubitationes habet  
non nullas. Quam. n. ob causam anima  
in aere quidem cum insit uel igne non  
facit animal: in mixtis aut̄ facit: preserti  
cum illis uideatur esse prestantior.  
Queret & quispiam quam ob causam anima  
ea que est in aere prestabilior est ac im  
mortalius ea que in animalibus inest.  
Vtrinq. aut̄ quedam emergunt: que qdem

absurda sunt & rationis metas egrediuntur.  
Nam ignem aut aerem animal esse dicere: ra-  
tionis egreditur fines. Et asserere rursus  
animalia non esse: cum insit in ipsis ani-  
ma absurdum est sane. Videntur aut  
ideo putasse in his animam esse: quia to-  
tum suis cum partibus eiusdem est speciei.  
Quare necesse est ipsos & animam dicere ei-  
dem esse cum partibus speciei: si animalia  
ex eo fiunt animantia: quia in ipsis ali-  
qua pars continentis recipitur. Quod si  
aer qdem discriptus eiusdem est speciei:  
anima aut est dissimilium partium: pa-  
tet quod alia qdem ipsius pars inest: alia  
non. Necesse est igitur ipsam aut  
similium esse partium aut non in quacūq;  
totius inesse parte. Patet igitur ex dictis  
neq; cognitionem ex eo competere anime  
quia constat ex elementis: neq; recte ve-  
req; dici motum eidem inesse. **At**

**. Cap<sup>m</sup>. Secundū .**

quoniam cognoscere sentire opinari itez  
cupere deliberare & omnino appetitiones  
ipsius anime sunt: motus quoq; penes lo-  
cum animalium ab anima fit: & item  
accretio status atq; decretio: queret utiq;



quispiam utq; horum unumquodq; toti a-  
nime competat & nos intelligamus & sen-  
tiamus & moueamur: ceterorumq; unum-  
quodq; agamus patiamurq; tota an aliis  
alia partibus? Ipsum preterea uiuere  
utq; in horum aliquo uno an in pluribus  
an in omnibus consistat an sit eius ali-  
quedam & iam causa? Atq; sunt qui di-  
cunt ipsam esse partibilem: nosq; alia eius  
parte intelligere alia cupere censent.  
Quid igitur ipsam continet animam: si par-  
tibilis sit? Non n. corpus: quippe cum  
e contra potius uideatur corpus anima  
continere. Quapropter & egressa dissol-  
uitur corpus atq; putrescit. Si igitur  
aliquid aliud ipsam contineat unumq;  
faciat: illud erit potissimum anima. At  
oportebit de illo & iam querere: utq; unū:  
an multarum sit partium. Atq; si sit  
unum: cur & animam continuo non di-  
cimus unam esse? Sin partibile: rursus  
ratio queritabit quidnam sit id quod illud  
& iam continet? Atq; hoc pacto fiet in in-  
finitum abitio. Dubitabit & quispiam  
de partibus eius quam unaqueq; potentia

in corpore habeat. Nam si anima tota totum continet corpus oportet & unāquāq; & iam partem corporis continere. Id aut simile est impossibili. Quam n. partium corporis intellectus aut quo cōtinebit partem fingere quoq; difficillimum est. aliquam partem.

Videmus aut & plantas diuisas uiuere. Et animalium anulosorum non nulla tāq; animam & si non unam numero tamen specie eandem habentia. Et n. utraq; partium & sensum habet: & quodam in tempore penes locum mouetur. Nec est absurdū si non pdurant. Instrumenta nāq; non habent: ut naturam suam conseruent. Sed nihilominus omnes in utraq; partiū insūt anime partes. Atq; iste anime eiusdem inter se se & cum tota sunt speciei. Inter se se qdem: quia non separabiles sunt. Cum tota aut anima: quia ipsa diuisibilis est.

Videtur aut & id principium quod inest in plantis anima quedam esse. Hec n. sola communis est & plantis & animalibus. Atq; hec qdem a sensitiuo principio separat. Sine aut ipsa nihil est prorsus: quod habeat sensum.

LIBER SECVNDVS.

Tractatus primus

Capitulum primum.



ICTIS IGITVR. IISCE  
que a maioribus de anima no  
bis tradita sunt. redeamus rur  
sus oportet: atq. enitamar ue  
lut ab initio determinare qd  
anima sit. & quenam sit eius communis  
maxime ratio. Dicimus itaq. substātiā  
genus unum quoddam eorum que sūt ut  
patet existere. Atq. huius aliud ut materiā  
quod qdem per se non est hoc aliquid. Aliud  
formam & speciem: qua qdem iam hoc ali  
quid dicitur. Et tertium id quod existit  
constat atq. componitur. Est autē mate  
ria qdem potentia: forma uō actus atq;  
pfectio. que qdem bifariā dicitur: Quedam  
n. est ut scientia: quedam ut speculatio.  
Maxime autē corpora uidentur esse substan  
tie: Et ipsorum ea magis que naturalia sūt.  
Hec n. ceterorum corporum principia sūt.  
Naturalium preterea corporum quedam ha  
bent uitam quedam non habent: sed ea ua  
cant. Vitam autē dicimus nutritionem.

accretionem atq. decretionem: que qdem per  
id ipsum fit. quod uiuere dicitur. Quare  
corpus omne naturale particeps uite: substa  
tia est: & ita substantia ut composita.

Atq. cum id quod habet uitam sit corpus:  
corpusq. tale quale iam diximus: corpus  
ipsum profecto non erit anima. Corpus  
naq. non est de ratione eorum que sunt in  
subiecto. sed ut subiectum potius est & ma  
teries. Necesse est igitur animam substa  
tiam esse perinde atq. formam corporis na  
turalis. quod qdem potentia uitam habet.  
Substantia uo actus est & pfectio. Talis igitur  
corporis est perfectio atq. actus. Sed cum  
perfectio atq. actus bifariam dicatur ut di  
ximus: quidam. n. est ut scientia quidam  
ut speculatio: patet animam actum esse pin  
de atq. scientiam. Nam ex eo quod anima  
est: & somnus est & uigilia. Atq. uigilia q  
dem cum speculatione: somnus aut cum  
habitu scientiaue sine operatione: similem  
subit nimirum rationem. Altera aut alte  
ram in eodem: scientia uidelicet speculatio  
nem generatione precedit. Quapropter  
anima primus est actus pfectioq. corporis

naturalis; potentia uitam habentis. Et talis  
plane ut partes ipsius sint instrumenta.  
Enim uero partes quoq; plantarum instrumē  
ta sine controuersia sunt. quibus uideantur  
penitus simplices esse. folium .n. tegmē est  
teste putaminisue; & nuclei fructusue: te  
sta atq; putamen. Radices preterea uicem  
subeunt oris. Vtriusq; nāq; trahitur alimentū.  
Si igitur commune quid de omni anima  
sit dicendum: ipsa perfectio prima primq;  
actus est corporis naturalis: cuius partes sūt  
instrumenta. Idcirco nec querere oportet  
si unum sit anima atq; corpus: sicut  
nec ceram & figuram nec omnino materię  
cuiusq;: & id cuius existit materies. Nam  
cum unum & esse multifariam dicantur:  
actus est id quod proprie unum est pro  
prieq; existit. Vniuersaliter igitur dixi  
mus quidnam anima sit. Est .n. substātia  
que qdem in ratione consistit. Id autē est  
essentia corporis huiusce<sup>modi</sup> rātioq; formalis.  
Et p inde sane atq; siquid instrumentorum  
artis naturale corpus esset: ceu securis. Eius  
nāq; substantia: formalis esset ipsius securis  
ratio. Idq; esset anima: qua separata non esset

ulterius ut patet securis: nisi tantum equi-  
uoce nomineq. At nunc est securis. Non. n.  
talis corporis essentia ratioq. formalis est ani-  
ma. Sed naturalis ut diximus talis quod in  
se motus statusue principium insitum ha-  
bet. Atq. id quod dictum est: in partibus q.  
talis corporis inspicere licet. Nam si oculus  
esset animal: eius tum anima uisus ipse ni-  
mirum esset. Hec est. n. ut patet oculi sub-  
stantia que qdem in eius ratione consistit.  
Oculus autem est materies uisus: qui cum de-  
fecerit: non ulterius erit oculus: nisi nomine  
tantum: & pindeatq. lapideus: uel & pictus.  
Id igitur quod de parte dictum est: ad totū  
corpus uiuens accommodare oportet. Est. n.  
inter ipsa similis ratio. Nam ut pars se se ha-  
bet ad partem: sic totus sensus ad totum sen-  
situum corpus: ut talis est rationis. Nō  
est autē id potentia uiuens: quod abiicit ani-  
mam eaq. uacat. Sed id quod ipsam habet.  
Semen nō fructusue: id nimirum est: quod  
potest tale corpus euadere. Ut igitur inci-  
sio uisioq.: sic est uigilia actus. Et ut uisus  
rursus instrumentiq. uis: sic est anima actus.  
Corpus autē est id: quod ut diximus potētia

unt. Neq; ut pupilla inuisq; oculus est: sic  
anima & corpus est animal. Animam igitur  
non separabilem esse a corpore: uel partes  
ipsius non nullas si partibilis sit: non obscurum  
esse uidetur. Non nullarum .n. corporis par  
tium: patet non nullas anime partium ac  
tum esse. Nihil tamen uetat ut aliquae par  
tium sint separabiles anime: propterea qd  
corporis nullius sint actus. At obscurum  
est: nec dum patet: si perinde corporis ani  
ma sit actus: ut gubernator actus est na  
uis. Hoc igitur pacto per figuram deter  
minatum descriptumue de anima sit. *cap. 4.*

**A** Tenim cum ex ignotis qdem: magis  
aut notis nobis: fiat id nobis notum:  
quod est manifestum ac notius ratio  
ne: emendum est rursus hoc pacto de ipsa  
anima tractare. Rationem .n. diffinitiuam  
non solum quod est significare: ut complu  
res dicere diffinitiones uidentur: sed & in ipa  
causam inesse ac apparere oportet. Huc au  
tem diffinitionum complures quasi conclu  
siones esse uidentur. Veluti quid est quadra  
tio? Confectio figure laterum equalium an  
gulorumq; rectorum: equalis altera ex parte

longiori figure. Atq. diffinitio talis: cōclusio  
nis occupat locum. At ea que quadratiōe  
inventionem esse medie dicit: ipsius rei profe  
cto causam ut patet assignat. Dicamus  
igitur hinc considerationis sumentes inuicē  
animatum ab inanimato uita seungi. Atq.  
cum multifariam uiuere dicatur: & iam si  
unum tantum istorum insit: uiuere illud  
dicimus. Ut intellectus sensus motus penes  
locum & statum. Et item motio penes nutri  
mentum & accretio decretionē. Quapro  
pter & uniuerse plante uidentur uiuere: q̄  
pe cum uideantur in se ipsis uim habere ta  
lem atq. principium: quo penes contraria lo  
ca tam incrementa q̄ decrementa suscipiūt.  
Non .n. sursum q̄dem accrescunt: deorsum  
aut non. Sed ad utraq̄, similiter differentiā  
& omni ex parte semperq̄, nutriuntur: &  
eousq̄, uiuunt quousq̄, possint alimentum  
accipere. Atq. hec q̄dem uis a ceteris seun  
gi separariq̄, potest. Cetera aut in ipsis mor  
talibus ab ista nequeunt separari. Quod q̄dez  
in ipsis perspicitur plantis: in quibus nulla  
prorsus ut patet alia preter hanc anime uir  
tus atq. officium inest. Viuere igitur ob hoc



de

principium uiuentibus competit. Animal  
aut̄ est ob sensum primo. Nam & ea que nō  
ciantur motu nec mutant locum sensum  
aut̄ habent: non solum uiuere sed & anima  
lia dicere nuncupareq; solemus. At uō sen  
suum numero: tactus primo cunctis anima  
libus inest. Atq; ut uegetatiuum a tactu sen  
suiq; omni: sic a ceteris tactus separari sensi  
bus potest. Eam aut̄ partem anime uegeta  
tiuam dicimus esse: cuius & plante partici  
pes sunt. Verū animalia cuncta tangendi  
sensum habere uidentur. Atq; quam ob cau  
sam istorum utrūq; fit: postea dicemus ac  
explanabimus. Hunc eousq; tantum dica  
tur: quod anima principium est eorum que  
dicta sunt & his est diffinita. Vegetatiuo  
scilicet: sensitiuo: intellectuuo: & motu. V  
trum aut̄ horum unumquodq; sit anima  
an anime pars: & si pars: utq; hoc pacto ut  
fit separabilis non modo ratione: sed & loco:  
de non nullis qdem uidere discernereq; facile  
possumus. Non nulla uō difficultatem ac  
dubitationem habent. Nam ut in plantis nō  
nulle diuise partes senuncteq; uidentur uiue  
re: quasi plantarum anima actu quidem in

unaquaq; planta sit una: potentia uō plures:  
sic & in alia uidemus anime differentia fie-  
ri: cum inciduntur animantium ea q̄ anu-  
losa uocamus. Vtraq; nāq; partium & sensus  
habet: & motu penes locum cietur. Qd̄ si sen-  
sum habet: & imaginationem & appetitum  
& habet. Vbi nāq; sensus existit: ibi dolor &  
adeſt atq; uoluptas. At ubi sunt hec: ibi ne-  
cessario appetitus & inest. De intellectu uō  
speculatiuaq; potentia non dum patet. Sed  
uidetur hoc anime genus esse diuersum.  
Idq; solum p̄indeatq; perpetuum a corruptibi-  
li serungi separariq; potest. Ceteras aut̄ anime  
partes: separabiles q̄dem non esse ut quidam  
asseruerunt: ex iis que diximus patet. Ra-  
tione uō differre non obscurum esse uide-  
tur. Sensitiui nāq; ratio diuersa est a ratio-  
ne principii opinandi: siq̄dem diuersa sūt  
sentire ac opinari. Et unumquodq; dictorū  
similiter. At uō quibusdam animalium  
cuncte partes ut patet insunt: quibusdam  
non nulle. Sunt & quibus una tantum in-  
esse uidetur. Atq; hec diuersitas differentiam  
animalium facit. Quam aut̄ ob causam  
ita fit: postea p̄scrutabimur. Eadem & circa

sensus fieri sane uidemus. Quedam .n. omnes: q̄-  
dam aliquos: quedam unum dumtaxat habere  
uidentur. Tactum inq̄ ipsum: qui q̄dem est om-  
nium maxime necessarius. Quoniam autē  
id quo uiuimus quoue sentimus: bifariam di-  
citur & p̄indeatq̄. id quo scimus: & id item  
quo sani sumus atq̄. ualemus: quoddam .n.  
scientiam: quoddam animam dicimus: q̄ppe  
cum utroq̄. scire dicamus: Et aliud sanitatez:  
aliud partem corporis aliquam uel totum di-  
cimus corpus: atq̄. horum utrūq̄. tam scientia  
q̄ sanitas. forma. quedam & species est & ra-  
tio: & tanq̄ actus suscipientis: scientia quidem  
scientis: sanitas autē sani: actus .n. agentium  
in eo quod patitur atq̄. disponitur inesse ui-  
detur: anima autē id est ut patet: quo ui-  
uimus quoq̄. sentimus ac intelligimus primo:  
ipsa profecto ratio quedam erit & forma: sed  
non ut materies atq̄. subiectum. Nam cum  
substantia tripliciter dicatur ut diximus:  
est quedam .n. forma. quedam materies. quedaz  
id quod ex utrisq̄. componitur: Et materia  
q̄dem est ut patet potentia: forma autē actus:  
cum igitur uti diximus substantia dicatur  
trifariam: animansq̄. id fit: quod ex utrisq̄.

corpore scilicet & anima constat: corpus profecto non est actus anime: sed ipsa corporis al cuius est actus. Idearco recte admodum putant n. quibus anima nec esse sine corpore: nec corpus aliquod esse uidetur. Est. n. ipa non corpus qdem: sed corporis aliquid: & in est ob hoc in corpore: atq. in corpore tali: non in quouis sine discrimine ullo. quemadmodum ueteres ad corpus ipsam accommodabat: nihil prorsus determinantes: quodnam illud uidelicet & quale sit corpus: non recte qdem. presertim. cum non uideat quoduis sine ullo discrimine quocumq. suscipere. Atq. hoc pacto cum ratione fit sane. Actus. n. uniuscuiusq. est in eo quod est potentia: & in propria materia suapte natura fieri solet. Animam igitur pfectionem quandam eius & actum ac rationem esse: quod potentiam habet ut huiusce <sup>modi</sup> sit: ex iis que diximus innotescat.

**A**nimantium aut quibusdam omnes insunt anime potentie dicte. quibusdam non nulle. Sunt & quibus uita tantum inesse uidetur. Atq. potentias anime diximus has: Nutritiuum uidelicet: sensitiuum: appetitiuum: penes locum motiuum: atq. itel.

Tractat<sup>o</sup> secundus  
Cap. unicum.

lectiuum. Et plantis qdem nutritiuum inest  
dumtaxat. Ceteris aut & id ipsum & sensi-  
tiuum. Qd si sensitiuum inest: & appetiti-  
uum & iam inest. Nam appetitus quidem  
cupiditas est & ira & item uoluntas. Ani-  
maha uo cuncta unum saltem ex sensibus  
habent: tactum uidelicet ipsum. Atq. cui  
sensus inest: ei uoluptas & & dolor inest. &  
uoluptarium id percipit atq. molestum. Qui-  
bus aut hec insunt: ea cupiditatem & iam  
habent. Hec est. n. appetitio uoluptarij.  
Alimenta preterea sensum habent. Tactus. n.  
sensus est alimenta. Nam siccis & humidis  
& calidis item & frigidis aluntur animalia  
cuncta: quorum ut patet sensus tactus est  
pceptiuus. Ceteris aut sensibilibus per accidens  
nutriuntur. Nihil. n. conuocat ad alimentu:  
sonus & color & odor. Sapor aut unum est ex  
is que tactu pceptiuntur. At uo fames si-  
tisue cupiditas est. Sicci qdem & calidi fa-  
mes. frigidi uo & humidis sitis. At sapor: ho-  
rum quasi quoddam est condimentum. Veru  
hec declaranda posterius sunt. Nunc eousq;  
fit dictum: qd cum animalia tactum habeant:  
eis appetitus & inest. De phantasia uo non

liberum inest  
miranti qd

patet. Sed de hoc postea consideremus oportet.  
Nonnullis insuper animalium penes locum mo-  
tuum & inest. Et aliis ratiocinativum item  
ac intellectus. Ut hominibus & siquid sit ali-  
ud tale: uel & prestabilis. Perspicuum igitur  
est unam anime rationem esse p̄indeatq; figu-  
re. Hec n. ibi figura ulla preter triangulum  
est: & ea que deinceps sunt collocata: nec hic  
anima ulla preter eas quas diximus. At ut in  
figuris una communis ratio fore potest: que  
cunctis quidem figuris accommodabitur:  
nullius autem erit figure propria ratio: sic &  
inanimabilis dictus fieri potest. Quapropter  
ridiculum est & in his & in ceteris rebus com-  
munem querere rationem: que quidem nullius  
eorum que sunt erit propria ratio: nec penes  
propriam cuius accommodabitur & indivi-  
duam speciem: rationem eam omitentes diffi-  
nitionemue: que cuilibet hoc pacto compete-  
re accommodariq; potest. At uo quemad-  
modum in figuris sic & in anima fit. Nam  
tam in figuris q̄ in animantibus in eo quod de-  
inceps est collocatum: id inest potētia: quod  
illo prius existit. In quadrato naq; triangu-  
lus & in sensitivo uergetativum inest ut

patet. Quapropter in singulis querendum est:  
quenam sit cuiusq. anima. Ut quenam sit  
anima plante: que bestie: que deniq. homi-  
nis. Quam aut. ob causam sic se se habent de  
inceps: considerare oportet. Sensitivum naq.  
sine uegetatiuo non est. At a sensitiuo uege-  
tatiuum in plantis seungitur. Rursus sine  
tactus sensu: nullus ceterorum sensiuum est.  
At ipse tactus sine ceteris ut patet existit.  
Complura naq. sunt animalium que neq.  
uisum nec auditum nec sensum habent odo-  
ris. Et eorum item que sentiunt: quedam ha-  
bent penes locum motiuum: quedam no ha-  
bent. Extrema aut atq. minima: rationem  
habent & mentem. Quibus n. mortalium  
inest ratio: us insunt continuo & cetera cu-  
sta. At quibus unumquodq. illorum inest:  
us non omnibus inest & ratio. Sed quedaz  
phantasia & uacant. quedam hac sola uiuit.  
De intellectu no speculatiuo alia ratio est.  
que cum ita sint. patet horum cuiusq. ra-  
tionem anime maxime rationem propriaz  
esse. *Tractatus tertius. Cap. p̄mu*  
**N**ecessè est aut. cum qui de his considera-  
tionem facturus est: quid sit unūq. q.

istorum accipere. Deinde querere p̄seruariq.  
de iis que sequuntur ac comitantur. Q̄d si  
dicere oporteat quid unumquodq. istoruz  
sit: ut quid sit intellectuū uel sensitiuū  
uel nutritiuū: antea dicendum est: quid  
nam sit intelligere: quid sentire. Nam actio  
nes operationesue. potentiis uiribusq. prio  
res sunt ratione. Quod si ita sit: obiectaq;  
priora sint illis: atq. oporteat de ipsis prius  
considerare: primum profecto de obiectis  
hac ipsa de causa: de alimento scilicet: de sen  
sibili: de intelligibiliq. determinare oportet.  
Quare de alimento de generationeue primo  
dicendum esse uidetur. Vegetatiua nāq. ani  
ma & ceteris inest: & prima est & maxime  
communis anime uis & potentia: qua q̄dez  
cuncta uiuentia uiuunt. Cuius sunt opera  
tiones officiaue: generare: nutrimentoq. uti.  
Hęc. n. operatio maxime omnium operationū  
uiuentibus est naturalis: uiuentibus inq. uis  
que sunt perfecta: nō mem̄ queq. non sine  
semine oriuntur: unumquodq. scilicet horū:  
alterum sibi simile procreare: animal uideli  
cet animal: plantaue plantam. ut sint semp  
hoc pacto: conditionemq. subeant quoad pos

bris capta:





sunt diuinam. Id. n. ipsum appetunt uniuersa:  
gratiaq. ipsius omnia agunt: quecumq. secundū  
naturam agunt. Duplex est autē id: causa cui  
cetera fiunt. Et id. n. quod acquiritur: tale  
est: & id item cui fit illud ac comparatur.  
Cum igitur semper esse conditionemq. diui-  
nam subire continuatione nequeant animā  
tia: fieri. n. nequit: ut corruptibilem q̄q̄  
idem unumq. numero semper p̄maneat: ut  
unumquodq. potest: sic eternitatis conditio-  
nisq. diuine particeps est: aliud q̄dem magis:  
aliud autē minus. p̄manetq. non ipsum: sed  
tanq̄ ipsum. non numero q̄dem sed specie-  
tantum unum. Est autē anima corporis  
causa principiumq. uiuentis. Atq; cum mul-  
tifariam hec dicantur: anima pari modo tri-  
bus determinatis modis causa est. Nam est  
ea causa: a qua motus effluit ipse. Est & ea:  
cuius gratia cetera fiunt. Est ut forma pre-  
terea corporum animatorum substantiaue.  
Atq; causam ut substantiam animantium esse:  
inde perspicuum fore potest. Causam nanq;  
cunctis essendi: formam ipsam atq; substantiaq;  
esse patet. At uiuere uiuentium est esse. cu-  
ius q̄dem causa est ut constat atq; principiū

anima. Item actus eius quod est potentia :  
ratio eiusdem existit. At anima uiuentis  
est corporis actus. patet & animam esse ca-  
usam: ut id gratia cuius cetera fiunt. Nam  
ut mens: sic & natura alicuius gratia facit.  
quod quidem ipsius finis existit. Atq; tale est  
in ipsis uiuentibus anima: & secundum natu-  
ram. Vniuersa namq; naturalia corpora tam  
animalium q̄ & iam plantarum: ipsius anime  
sunt instrumenta. Quo fit ut ipsa sint ani-  
me sine controuersia gratia. Duplex est au-  
tem id uti diximus: causa cuius cetera fiunt.  
Est. n. & id quod acquiritur: & id item cui  
fit illud ac comparatur. At uero constat  
animam id & esse: a quo primum penes lo-  
cum effluit motus. Verū hec uis non uni-  
uersis inest uiuentibus. At tamen fit p̄ ani-  
mam & alteratio & accretio. Sensus. n. alte-  
ratio quedam esse uidetur. Sentitq; nihil q̄d  
non habeat animam. eadem est & de accretio-  
ne decretionue ratio. Nihil. n. incrementa  
naturaliter decrementaue suscipit: quod quidem  
non nutriatur. Et nihil item nutritur: quod  
non uite particeps sit. Atq; hac in parte  
sententia empedocli est posthabenda. qui quidem

hoc non recte dixit ac addidit. Ideo scilicet incrementa plantas suscipere: tum in radicibus infra: tum in ramis & supra: quia terra deorsum suapte natura: & ignis sursum idem pergit. primum namq. non recte accipit in plantis differentias dictas: infra uidelicet atq. supra. Non. n. eadem sunt omnium rerum & uniuersi supra & infra. Sed quam habent rationem in animalibus caput: eam obtinent in plantis radices: si instrumenta diuersa uel eadem: operationibus officij ue dicere asserereq. oportet. Deinde quid est: quod continet terram ignemue: cum in contraria loca feruntur. Distrahentur. n. profecto: nisi aliquid sit: quod qdem ipsa prohibeat atq. detineat. Qd si sit aliquid: id non elementorum. quicq. ut patet: sed anima nimirum erit. Quo fit: ut ipsa sit augendi causa nutriendue: non elementa quemadmodum ille putabat. Sunt autem quibus ignis natura: causa simpliciter nutriendi ac augendi uidetur esse. Ipse namq. solus omnium corporum aut elementorum nutrir ac augeri uidetur. Quapropter & in plantis & in animalibus putabit qspia

ignem id ipsum esse quod operatur. Verum non ita est. Sed cum comitetur causam: est ob id ipsum quodammodo non simpliciter causa. Sed talis est potius anima. Nam ignis quidem accretio: in infinitum progreditur: & consq; fit quousq; fit combustibile. At eorum omnium que natura constant: est terminus tam magnitudinis quam accretionis & ratio. Hec autem anime sunt: non ignis: & rationis formeque potius quam materie. *c. 4.*

**C**um autem eadem vis anime sit & nutriendi & generandi: primum de alimento determinare necesse est. Hec enim a ceteris potentis hoc opere munereque seungitur. Videtur itaque contrarium esse contrario nutrimentum. At non cuilibet quod vis. Sed id ei quorum alterum ex altero non solum mutuo generatur: sed incrementa & suscipit. Plura namque contrariorum fiunt quidem ex se se mutuo. Sed non a suis omnia contrarius incrementa suscipiunt. Ut ex egroto fit sanum. At non nec illa modo eodem sibi mutuo nutrimentum esse videntur. Sed aqua quidem alimentum est igni. Ignis autem non nutrit aquam.

Atq; hec inter simplicia corpora maxime talia  
esse uidentur: ut alterum alimenti: alterum  
eius quod nutritur subeat rationem. Vez  
.n. is locus dubitationem habere uidetur.  
Sunt .n. qui dicunt simile simili nutrir:  
quemadmodum & accrescere. Quibusdam  
aut non hec sententia: sed contraria placet.  
censentq; non simile simili sed contrario  
sicuti diximus contrarium ali. Et .n. fieri  
nequit ut a simili simile patiatur. Alimen  
tum aut mutatur atq; digeritur. Mutatio  
nemue rerum omnium in oppositum uel in  
medium esse constat. Preterea nutrimentum  
qdem aliquid patitur ab eo quod alitur. Hoc  
aut ab alimento non patitur quicq; quem  
admodum nec a materia faber sed materies  
ut patet a fabro: qui quidem ex ocio muta  
tur tantum ad operandum atq; agendum.  
At .n. interest plane si nutrimentum sit id  
quod ultimo tandem adiungitur atq; addi  
tur an non hoc sed id quod primum in  
greditur. Quod si utrunq; qdem sit alimen  
tum: alterum tamen digestum: alterum in  
digestum sit nutrimentum: utroq; profecto  
modo & contrario scilicet contrarium & si

simile simili nutriri uere dicere licet. Nam si  
ut indigestum sumatur: contrario cōtrariū  
alitur. Sim ut digestum: simile simili nimi-  
rum hoc pacto nutritur. Quare patet illos  
utrosq. partim recte: partim non recte dicere  
atq. sentire. Cum autē nihil nutriatur: quin  
habeat uitam: animatum id erit profecto cor-  
pus: quod alitur: ea uidelicet ratione: qua ani-  
matum existit. Quapropter & nutrimentū  
ad animatum per se refertur: & non per acci-  
dens. Atqui diuersa est alimenti ratio: ut  
nutrit ac auget. Nam ut animatum est  
quantum quoddam: auget. Ut est hoc aliqd  
& substantia: nutrit. Conseruat. n. substan-  
tiam animantis. Et est eousq: ipsa res anima-  
ta: quousq: nutritur. Efficere preterea gene-  
rationem potest & ortum: non eius qdēz quod  
alitur. sed eius quod est tale: quale est ipsum  
quod alitur. iam. n. est ipsius substantia. Et  
nihil se ipsum generat: sed conseruat. Qua-  
re tale qdem anime principium: uis est ea  
que conseruare potest rem eam: que ipsam  
habet: ea uidelicet ratione: qua talis existit.  
Alimentum autē ad operandum preparare ui-  
detur. Quocirca res talis alimento priuata esse

minime potest. At uo cum hoc in officio tria  
sint hec necessarioq. concurrant: id scilicet  
quod nutritur: & id quo nutritur: & tertiu  
id quod nutrit: id quidem quod nutrit est  
ipsa anima prima. Id aut quod nutritur  
corpus est quod ipsam animam habet. At  
id quo nutritur ipsum est alimentum. Atq.  
cum sit par: uniuersas a fine res appellare. fi  
nisq. huius anime sit generatio talis: erit ani  
ma prima profecto: generatiuum talis qua  
le est id quod talem animam habet. Id aut  
quo nutrit anima duplex est. quemadmo  
dum & id quo gubernator gubernat duplex  
existit. manus inq. & clauus. Atq. aliud mo  
uet atq. mouetur: aliud mouet tantum.  
Necesse est aut. omne nutrimentum nature  
sit talis quo digeri possit. At digestionem  
eius efficit calor. Quapropter omne animas  
habet calorem. Quid igitur sit alimentum:  
per ea que iam diximus innotescit: Et si ip  
sum figura quasi descripsimus. postea uero  
de ipso suis in locis exactius ac diligentius per  
scrutabimur. *Tractat<sup>us</sup> quartus. Cap. p<sup>ri</sup>mu.*  
**D**eterminatis aut his primum de omni  
communiter deinde de unoquoq. sen

si dicamus. fit itaq. sensus: cum mouetur  
atq. patitur aliquid uti diximus. Nam ipse  
sensus: alteratio quedam esse uidetur. Inqui-  
unt aut quidam: a simili quoq. simile pati.  
Quod quidem quo pacto fieri potest uel non:  
in uniuersalibus de actione sermonibus pa-  
ssioneue diximus. Habet aut is locus dubi-  
tationem: ambigetq. non iniuria quispiam:  
cur sensuum ipsorum sensus non fit. Et  
cur sine his que sunt extra non efficiunt  
sensum: cum insit & ignis & terra ceteraq.  
elementa: quorum est per se sensus uel per  
ea que ipsis accidunt. At. n. patet sensu-  
uum non esse actu sed potentia tantum.  
Quapropter non sentit. quemadmodum com-  
bustibile non uritur ipsum per se. sine eo  
quod ipsum urere potest. Videret. n. se ipsum:  
& non indigeret eius quod ignis existit ac-  
tu. At uero quoniam sentire bifariam di-  
cere consueuimus: nam & id quod potētia  
uidet & audit: audire uidereq. dicimus: &  
si forte dormiat: Et id itidem quod iam  
operatur uidetq. atq. audit actu: duplici-  
ter & ipse sensus profecto dicitur. Et qdam  
erit ut potentia: quidam ut actu sensus.